



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

43. De Euarico rege Gothorum, qui cum in sacerdotes, clericos & Ecclesias Dei sæuiret, diuina vltione percussus est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

& tandem flere desine. Nam hic nunc non resurget. Mortem autem, quæ communis omnium & inevitabilis, necessitate quadam obunda est, animo te forti ferre oportet. Hæc Epiphanius dixit, & abiit, coeptam perfecturus ambulationem. Quum autem ea in via nemo alius appareret, ille qui sic steterat & plorauerat, iacentem iudicio pedis concussione dato, ut consurgeret admonuit: simulq; eum laudavit, qui tam egregiè mortui hominis habitum retulisset, & Age tandem exurge, inquit, ut in præsentia versutiæ tuæ hilarius vivendo fructum percipiamus. Vbi autem ille amplius neque dicentem audiit, neq; modis omnibus significationem aliquam, se vivere, exhibuit: alter cursu celeri Episcopum est consequutus, etique fraudem, quam inopia coacti committenti essent, indicavit: & iam citra fucum verè flens & lamentans, ut socium suum resuscitaret, supplicavit. Epiphanius autem, postquam illi, ne factum id grauiter ferret, dixit: hominem dimissum absoluit: quod Deus eam rem retractatam noller, fidem facere omnibus volens, ut equidem puto: qui tentare & facere talia in ministris eius audeant, illum ipsum Deum, q; videat & audiat omnia, eos falsum ire, seque adeò ipsos inscios fallere.

*Assimulatus
iste verè mortuus.*

Qui sanctos viros, & per eos Deū fallere voluit, se ipsos fallunt.

Gregorius Turonen. lib. 2. cap. 25. historia Francorum De Euarico rege Gothorum, qui cum in sacerdotes, clericos & Ecclesias Dei seniores, divina ultione percussus est.

GA